

bewahrte und der Erinnerungen aus seinem 20jährigen Leben in der Communität. So wie die Sachen lagen, erheischte das Werk eine ganz eigenartige Methode.

Nachdem die Documente auf diese Weise getheilt waren, war es nothwendig, dem Werke einen von dem von Dom Cabrol verfassten Lebensgeschichte abweichenden Gang zu geben. Infolge dessen glaubte sich der Verfasser von dem gewöhnlichen Concepte einer Biographie lossagen zu müssen und seinem Werke eine Ausdehnung zu geben, die übertrieben scheinen kann. Er hat sein Buch als einen natürlichen Anhang zu den Publicationen des Cardinals betrachtet, welche durch diese Arbeit gewissermassen ergänzt werden sollen. Dom Pitra spricht hier soviel wie möglich selbst, lange Abschnitte seiner Schriften sind da citiert, andere sind resumiert, diejenigen Documente, die wegen ihrer Länge eine Einreihung in den Context des Werkes nicht gestatteten, sind am Schlusse unter dem Titel »Analecta« wiedergegeben.

Zwei Capitel sind besonders ausgedehnt: es sind das diejenigen, wo der Autor sich erfolgreich bemüht, die an Erlebnissen reichhaltigsten zwei Lebensphasen von Dom Pitra zu erklären: diejenige wo derselbe als Prior von St. Germain in Paris in übergrosse finanzielle Schwierigkeiten, wofür er in einem gewissen Masse verantwortlich war, verwickelt war und dann diejenige, in welcher er sich als Bischof von Porto bei Gelegenheit seines Schreibens an den Abbé de Brouwers befand. Seine Absichten wurden in gehässiger Weise verdreht und seine Handlungen durch die giftigste Verleumdung entstellt. Die Presse stellte ihn der katholischen Welt als einen Revolutionär dar: Als Mönch sollte er seine Pflicht des Gehorsams schwer verletzt haben, als Priester wurde er als Sectierer betrachtet, als Cardinal sollte er seinen Willen dem Papste aufdrängen haben wollen. Das war sein lebhaftester Schmerz.

Als auffallend zeitgemäss ist auch das Capitel über »die Russen und die Slaven« zu betrachten, wo die Hauptpunkte ihrer Dissidenz und die Mittel angegeben sind, wie dieselben zur römischen Einheit zurückzuführen wären.

Allen denjenigen, welche sich mit dem tieferen Studium der Kirchengeschichte, der Dogmen, des liturgischen oder canonischen Rechtes befassen, muss daran gelegen sein, diese Lebensgeschichte und die Arbeiten des Benedictiner-Cardinals, der ein Gelehrter und Heiliger war, kennen zu lernen.

»Es ist das eine Zusammenstellung,« sagt Mgr. Battandier mit vieler Bescheidenheit, »welche schweren Schritten einherschritt, während der Leser zu eilen wünscht und wenn man die von Prior von Solesmes geschriebene Biographie mit Interesse liest, so wird dieses Buch nur hin und wieder nachgeschlagen werden. Ist Hoffnung vorhanden, dass wegen der Documente die es enthält, dasselbe öfter werde nachgeschlagen werden?« Wir sind davon überzeugt.

(„Polybiblion.“ Band XLV der II. Serie. Mai 1897.)

### S. Bonaventurae principia de concursu Dei generali ad actiones causarum secundarum collecta et s. Thomae doctrina confirmata

a Fr. Ignatio Jeiler Ord. Min., dr. Theol. et collegii S. Bonaventurae praefecto. (Ad Claras Aquas. 1897. Typographia Collegii S. Bonaventurae IX et 91 pg. 8<sup>o</sup>.)

S. Bonaventura — S. Thomas: Doctor seraphicus — Doctor angelicus! Sola iam duo haec nomina praeclarorum coryphaeorum atque scientiae christianae luminum potenter attrahunt omnes, qui serio et omni studiosi animi impetu in materiae incumbunt. Doctor Seraphicus potius quidem est deditus atque eminent in quaestionibus mysticis, sed nihilominus et disciplinae theologico-philosophicae cultorem eximium in ipso inveniunt ita, ut celsitudine sententiarum, subtili atque acuto ingenio digne societur stellae doctorum medii aevi, Angelo scholae.

Suprascripta dissertatio proponit doctrinam s. Bonaventurae de generali concursu divino ad actiones causarum secundarum, proponit et simul cum doctrina s. Thomae comparat atque auctoritate eius confirmat. Lectori, qui paulisper saltem rei est gnarus, primo aspectu patebit, doctrinam hanc comprehendere duo fundamentalia dogmata verae religionis et sanae philosophiae: liberum arbitrium hominis et perfectam huius dependentiam (in essendo scilicet et operando) a Deo. Hominem esse in voluntate sua independentem, ergo liberum, Deum autem etiam sua causalitate in omnia influere debere, perspicit iam naturalis ratio, sed relatio utriusque arduas difficultates causat, ita ut innumerae paene (hoc praecipuis de speculatione philosophica valet) sententiae atque perniciosi errores in medium sunt prolati, quin ad stricte talem solutionem problematis perveniatur. Eximii doctores sudaverunt in explicatione hac durissima, una pars plus libertati humanae indulgebat, altera potius principalitatem influxus divini defendisse studebat, controversia autem nihilominus usque ad nostra tempora perdurat. Pertinet revera problema hoc ad momenta et quidem gravissima, quibus plenam cognitionis lucem in hac terrestri vita afferre sine dubio impossibile manebit. Gravitate gradum supremum obtinuerunt quaestiones istae in theologia, quando agatur de concordia divinae gratiae cum libero arbitrio humano. Ex rationibus modo expositis ne sancta Sedes quidem iudicium definitivum hac in re protulit, sed concessum est utrique parti propriam opinionem libere tenere, quin tamen censurentur vel vilipendantur sententiae aliae.

Opera, quam quaestionibus commemoratis noster doctissimus auctor navavit, erat revera haud exigua. Procehit enim summa cum prudentia et neutralitate, et nullibi proferrens sententiam suam propriam (excepta conclusione) componit potius ad instar artificiosi et firmi operis singulos locos ex scriptis utriusque Doctoris, ita ut lector, qui utique cum aliqua saltem theologico-philosophica eruditione ad legendum accedere debet, iudicium ipse sibi efformare poterit et securum et facillimum.

Tota dissertatio apparet ergo tamquam optima forma fontis diligentissime exquisiti, unde commode haurire poterunt omnes, qui quocunque fine scire desiderant, quid sentiat in hacce gravi materia bonus sincere veritatis testis, Doctor Seraphicus. Et in hoc momento, quod etiam ipse auctor qua finem sibi proposuerat, repositum est, secundum modestum nostrum arbitrium, maximum et primum totius dissertationis pretium, praecipue si rationem habemus speculationis philosophicae aevi sic dicti moderni.

Non crit opus prolixè explicare, ut rite perscipiatur, in quantas absurditates pervenerint studia philosophorum modernorum, quibus tamen eodem problemata explicanda et interpretanda fuerint uti speculationi aevi praeteriti. Deus — mundus — homo sicut semper erant ita etiam in omne tempus permanebunt problemata speculationis omnis. Animi vero moderni perhorrescunt fere et superbe vilipendunt eventus studiorum temporis praeteriti, et imprimis aevum medium cum speculatione sua obiectum est contemptus communis et calumniae maximae. Nihil proinde superest amicis veritatis et veri generis humani progressus, nisi ut lucente stella religionis Christi incipiant quaerere derelictos fines veritatis sincere, ut per labyrinthum novationum historia duce penetrare festinent in sanctuarium philosophiae verae atque veritatem in tenebris et pulvere bibliothecarum diu iacentem in moderni diei lucem educant, verbo doceant, scriptis proponant atque defendant et sic operando hominibus bonae voluntatis secura fundamenta cognitionis christiane subministrare nitantur. Et in hoc sensu, sicut iam ostendere studuimus, cum gaudio salutamus suprascriptam dissertationem, nequaquam consentientes nimiae modestiae doctissimi auctoris, qui laboriosum opus sum libellum tantum exiguum et levem nominat. E contrario, opus ab ipso propositum uti temporibus nostris momentosum, ita etiam per se diligenter et recte ubique est compositum, parte sua praeclearum sic praestans servitium veritati, per quam unice salvus fieri potest mundus.

Raigradii.

P. Placidus B., O. S. B.